



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Adulterium semper est peccatum: & multa inducere potest incommoda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

# Adulterium.

27

pterea desistere à debito officio: potest tamen & debet deponere huiusmodi scientiam de futura ruina illius: quia xii horæ sunt diei, & potest in instanti homo illuminari & mutari à diuina misericordia.

Est autem adulatio peccatum valde graue, & propter nocimenta maxima quæ affert humano generi (hinc enim facile, ut Hiero. ait, n'retes hominum corruptuntur: & ad ea quæ laudantur quamvis criminosa accenduntur & assuefcunt, in tantum ut mala non solum desinant haberi ut turpia, sed habentur ut bona, & laude, honore, ac præmio digna: quo quid peius?) & propter excessum diuinæ offensæ: iuxta illud, Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur, exacerbavit Dominus peccator. Est autem peccatum veniale, quando vel laudatur aliquis de malis venialibus, vel de bonis, sola complacendi intentione, absque ruina, vel etiam ob aliquam utilitatem cōsequendam vel non impedientiam: ut de se patet.

*Adulterium semper est peccatum: Et multa inducere potest incommoda.*

**A**dulterium quantum ad crimen, est manifestè peccatum mortale: quantum vero ad damnificationē consideratione eget. Duplex enim habet, quis non semper annexum damnum alienum, vel successoris, vel hospitalis. Nam si proles ex adulterio suscepta marito matris succedit, vel ab eo dotatur, damnificantur hæredes legitimi. Et propterea uterque adulter, quia danni huius causa existit, teneatur secundum vires ad satisfactionem: aut manifestè, si negotium id patitur aut sub aliquo velamine, donando læsis per interpositam personam, aut per se quod potest. Verum circa huiusmodi manifestationis negotium diu pensanda sunt: scilicet periculum & spes.

B 3

Si enim

Si enim periculum ex manifestando adulterio infamet, occulte satisfiat ut melius potest: & reliquum diuinæ misericordiæ reseruetur: iuxta cap. Officiis de poenitent. & remis. quia sicut cessante iudicaria coactione non tenetur homo perdere vitam aut libertatem, vt satisfaciat debito pecuniario: ita nec tenetur perdere famam aut vitam in proposito, vbi de sola pecuniaria re agitur. Cessante autem periculo & vita, & famæ, & huiusmodi, si non potest aliter satisfieri, spes fructus futuri ex manifestatione adulterii pensanda est: puta si speratur, quod maritus postquam scier prolem non esse suam dotabit illam, aut haeredem instituet: aut si speraretur, quod proles audiens, propterea ingredietur monasterium, aut aliquod aliud remedium proueniet. Nam si fructus nullus speratur, quia de iure nec maritus nec proles tenetur matri adulteræ credere in huiusmodi, vana esset manifestatio adulterii.

Quod ad hospitalium vero damnificationem, duo consideranda sunt. Primum, quod nullum peccatum est prolem exponere ut in hospitali alatur, ad occultandum huiusmodi adulteria, haec enim est una ex rationibus, quare loca haec pia instituuntur. Secundum, quod si pater aut mater prolis non est indigens, debet & satisfacere hospitali (quia bona huiusmodi hospitalium non in diuitium, sed pauperum adminicula sunt & quantu consumuntur a non pauperibus, tantum indigentibus adimitur) & prouidere proli, ut bene instituatur, tenentur enim parentes non solum alere & vestire, sed instruere per se, vel alios prole propriam.

*Aduocatus potest octo modis in officio peccare.*

**A**DUOCATI & PROCURATORIS INQUIRATES SUNT OCTO. Prima est, assumere causam iniustam descendendam,